

5
SERMO

EXCELLENTISSIMI ET REVERENDISSIMI
DOMINI,

DN. ANDREÆ OLSZOWSKI,

Episcopi Culmensis & Pomesaniae, Procancell-
larii Regni Poloniae,

Ad

SACRAM CÆSAR: MA-
JESTATEM.

Pro matrimonio

Inter

SACRAM REGIAM MA-
JESTATEM

Poloniae,

Et

SERENISS: ELEONORAM,

Hungariae & Bohemiae Principissam,

Archi-Ducissam Austriae,

Trañando & concludendo

Oratoris, Legati plenipotentarii.

Die XIII. Mens Decembr. M DC LXIX.

Sac. Cesarea Majestas

SAc. Reg. Mtis. Poloniae Dni,
mei Clmi. Legatus venio bonum nunci-
um ferens Regii affectus & amoris. Quem
ante oculos animumq; Mtis. Vtræ. in aper-
to sisto atq; in sinum ejus Domus lubens de-
pono, in qua quot augusti generis filiae tot
Regalium thalamorum fidæ Sociæ Regno-
rum amores, Seculi gemmæ, pacis & felicitatis
populorum pignora, parentesq; olim atq;
hodie censentur. Alter Jagiellonicae propa-
ginis furculus, vetustissima Korybutorum
soboles, atavis editus Regibus & in folio Bo-
hemiae semel, Poloniae toties collocatus &
coronatus sanguis Michael Rex, hic sub aspe-
ctum venit: non infelix, si gratiam in oculis,
si locum in fraterno Mtis. Vtræ. affectu in-
venit, Rex ille, qui extra spem & ambitum,
Regni thronum cælitus planè occupavit, in
expetenda thori & throni Sociæ maritales
spes occupare, ambitumq; Legatione mea
palàm fateri non dubitat. Illæ electoris po-
puli

puli voces, quibus amplissimum Sarmatiæ
Imperium Rex Indigena debet, etiam pere-
grino isto Orbe erumpunt: & quàm validè
nuper Electorali in Campo pro fortuna Re-
gis, non segnius nunc Augusto in Palatio pro
fortunæ incremento nituntur. Illas focun-
ditatis Regiæ atq; exinde Regis & Regni fe-
licitatis anxias & sollicitas, hic plane augere
est Mt. Vrx. voces amicas & amantes, qui-
bus cum liberè nobis Regem in Regno dixe-
rimus, iisdem affectu adhuc calentibus, Re-
ginam extra Regnum deposcimus, acclama-
musq;. Damus libera gens felicitati Austria-
cæ manus, neq; immeritò sterilitatem Polo-
niæ nostræ gratulamur, quod electo divini-
tus & diademate redimito Principi par con-
fors apud nos desideratur, apud vos inveni-
tur. Hic nata est faustis sub penetrabilibus,
hic adolevit, qua cum Poloniæ fortunam,
bono præsentis & secuturi seculi renasci &
adolescere posse non malè speramus. Nam
cum aliarum plerumq; gentium fatum sit, Re-
ges illis ab Austria dari, singulare istud Po-
loniæ

loniæ est, Reginas ex Austria nobis feliciter
assumi. Neq; per incertam semitam aut igno-
ta veste & poëtico illo, *externi venimus ge-
neri.* Tot repetitæ veteri recentiq; ævo Re-
gum Poloniæ cum Austriaca Domo cognat-
iones, præstruxere pridem iter hodieq;
pronus & expeditum faciunt votis suæ Ma-
jestatis. Inclytamille memoria & merito fœ-
cunditatis Cymburgam nostram Olgerdi
M. Lithvaniæ Ducis Neptem, Korybuti Ol-
gerdini Sororiam, Zamoviti Ducis Masovior.
filiam, Ernesti Archiducis Conjugem, novem
Austriacor. inter quos Friderici III. Imper.
Mtis. Vtræ Tritavi genitricem, inter atavias
suas numerat, sepultamq; magnam Matrem
umbris suis educit, quæ Maximos Austriacos
in lucem produxit & immortalem tot secu-
lis atq; utinam in secula Augustam gentem ef-
fecit. Anna Vladislai Jagellonici filia Ferdi-
nando I. Imper. nuptui data, non leviter do-
tali jure ad Hungariæ & Bohemiæ Regna rem
Austriacam provexit. Ab hac vicissim prima
Orbis domo vivis Jagellonidis Regis mei A-
gnatis

gnatis petitæ impetratæq; fuerunt, Elisabe-
thæ Sanctor. Matres, Annæ gratiis ipsis in
publicum gratiores, constantes civium ege-
norumq; tutelæ constantiæ: virtutum con-
centu, longè & suaviter auditæ Cæcilix; ut
proinde gentilitia Seren. Regis fidera non
exerrare videantur à suo cœlo & centro:
Quando Austriaco in firmamento viam su-
am determinant ordiunturq;, quibus toties
feliciter huc cursus fuit atq; recursus. Nec
deest aliud, quod Seren. & Potent. Regis
Regniq; Poloniæ animum arcana vi ad eum
amicitiæ nexum Sponte trahit impellitq; E-
ximia, Inviētissime Imperator, Divi Parentis
Tui Ferdinandi, mox ab ejus morte Mtis.
Vræ erga rem Polonam illo temporis affli-
ctissimam, propensio & immortalis gratia.
Conclamatum erat non de libertate nec de
Imperio, sed plane de salute nostra, cum vi-
cinorum infesta undiq; conspiratione & co-
ortis repentè armis obruti, pars in victori-
am, omnes in prædam cesseramus. Candidè
& liberè hoc est, Polonè loquar: Deum no-
bis

bis ab Austro venisse: Cujus sola providen-
tia, inclinato & aspirante Austriæ favore
motisq; in Poloniam Mtis. Vtræ prævalidis
auxiliis, excita primum vis virtusq; Polono-
rum in Hunnos, Dacos, Moldavos, Scythas,
Cosacos, quæq; alia grasfatorum nomina:
Urbs Regni caput recepta: Thorunii victa
pervicacia, Dania in armorum societatem
adducta: Borussia ad officium composita:
Civibus integritas, Regno forma, Templis
religiones postliminiò restitutæ; Quicquid
conjuratæ hostilitatis vel Barbarorum insul-
tus fuit procul ejectum: Leo ferociens &
apertos Poloniæ campos latè persultans in-
sæum nidum revocatus & quiescere ac pa-
cem pati admonitus obstrictusq;. Quæ tan-
ta à Mte Vtra Cæs. in acceptis ferenda, non
alia ratione Rex & gens Polona refundere
mallems, quàm providendo & iterum ac-
cipiendo felicitati Austriacæ, Tuæq; Magne
Cæsar, facilitati id imputetur, quod aliorum
adhuc rei, alia nomina contrahimus, nec-
dum planè grati gratiam iterum oramus.

Sum-

Summum & gravissimum Legationis
meæ negotium, Soror Majestatis Vestræ
ELEONORA est. Hoc nomine, quic-
quid votorum habet Rex Meus, includit.
Arbitratur nec vivere sibi nec regnare inte-
grum fore, nisi vitæ simul ac Regni parem
Sortem cum hac Consorte seu dividat seu
melius jungat. Cor Regiū cæteris affinitatibus
negatum Seren. ELEONORÆ ultrò pan-
dit, cum Lemmate; HUIC UNI, Candidæ
Austriacorum taniæ per memoratos Majo-
res suos innexus, amat hæc sua vincula &
sacro nec nisi cum vita solvendo maritali ne-
xu Cæsarum filiæ sororq; adstringi deside-
rat. Neq; reformidat gravem repulsam aut
tristes in amore moras. Nam quos arma
pro Regno suo, pro Poloniæ caritate liben-
ter junxisse meminit, amorem ut ægre
vel cunctanter suum jungant, nequaquam
veretur. Imposuimus Poloni magnanimo
libentiq; consensu Seren. MICHAELI Co-
ronam: en adhuc in assensu manuq; Mtis.
Vtræ. est, ut altera viro Corona, Uxor bo-

na, verè Aurea, pia, gravis, prudens, oris, mo-
rumq; Specie inter Natas germaniæ & Polo-
niæ venuftissima. Verbo omnia, ELEO-
NORA accedat. Atq; hæc votorum juxta
ac verborum Legationis meæ Coronis esto,
neq; enim aut Me diutius orare, aut Mtem,
Vram diu exorari conveniet, cum ex re-
troactæ ætatis Documentis exemplisq; &
præfentirerum ftatu, Austriam Poloniæ ma-
trimonii isto foedere arctius colligari; Re-
gnatricem apud nos ftirpem fundari, utrumq;
inter populum Sinceram amicitiam, fidam
vicinitatem, commerciorum facilem ufum
vigere, vim & immanitatem jurati hostis &
fuccesfu Candiæ prætumidi Turcæ Polono,
Austriacæ affinitatis terrore, an & armorum
conjunctione? retundi, non Austriæ, non
Poloniæ duntaxat, sed universæ Chri-
stianæ Reip. interfit.

